EPIPHANUS / CASSIODORUS
um 1170/1180 Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gladiis in eorum necibus crassabantur. Tunc quoque
sicuti fertur perempti sunt circa tria mil-
c. et l. alii a militibus interfecti, alii compres-
sione sunt mortui. His per actis macedonius
tamquam nichil mali gerens, sed uelut
mundus et innocens, a perfecto magis
quam ecclesiasticis regulis traditum sibi
percepit episcopatum. tantisque necibus ipse
et arriani ecclesie iura tenuerunt. Hoc tem-
pore imperator maiorem ecclesiam fabrica-
bat que nunc sophia uocitatur, et est co-
pulata ecclesie que dicitur hirene, quam pa-
ter imperatorum cum esset prius modica ad
pulchritudinem magnitudinemque per-
duxerat. que modo uelut sub uno cir-
cuitu contineri noscuntur. xviiii.

Interea contra athanasium alia ma-
chinatio fabricata est. Ecclesias namque
alexandrinorum quas augustorum pater ad
eroganda pauperibus frumenta donaue-
rat, dixerunt athanasium uendere et suis uti-
litatibus applicare. Quod imperator credens,
eum iussit occidi. Hoc sentiens atha-
nasius latenter effugit. Tunc igitur iulius
romane urbis episcopus agnoscens arri-
anorum insidias aduersus athanasium
machinatas, postquam eusebii susce-
perat litteras, euocauit athanasium
cum audisset locum ubi esset absconsus.
Inter hec suscepit et litteras egipti-
orum episcoporum asserentium falsa esse
que contra athanasium dicebantur.
Quo facto iulius rescripsit eis qui fue-
rant antiochie congregati, culpans
eos primum de iniuriis litterarum dein-
de cur eum ad suum synodum non vo-
cassent. canonibus quippe iubentibus
extra romanum nichil decerni pon-
tificem. insuper quia latenter cor-
rumpent fidem. et quia tyri ges-
ta per subreptionem fuerint, et arte
composita, et quia contra ius ex una
parte conferrent monimenta ges-
torum, referens et falsitatem de arse-
nio concinnatam. Epistolas autem ipsas po-
nere propter fastidium longe lectio-
nis omisi. Post paucum itaque tempus
paulus athesalonica simulans se
habere iter ad corinthum italiam
uenit, et una cum athanasio impera-
tori constanti actus suos indicauerunt.
Imperator autem fratri Sophomenus. xx.
suo constanti o scripsit, ut aliquos
orientalium episcoporum satis facturos
pro eorum dampnatione dirigerent. Qua
propter eliguntur tres. Narcissus
herinipolita, cilex episcopus, theodorus
heraclie tracie, et marcus arethuse
syriace. Qui uenientes italiam facta
propria uindicabant, nitentes impera-
tori persuadere orientalis concilii
iustam esse sententiam. Cumque fidei
sue confessionem exigerentur, antiochie
quidem fidem expositam celauerunt,
aliam uero conscribentes confessionem obtu-
lerunt. multum tamen a niceno conci-
lio dissonantem. Videns autem constans
iniuste grauatos homines, nec crimi-
na fuisse uera pro quibus dicebantur
communione suspensi, sed gestum
propter dissonantiam fidei cum satis
facere nequiuissent, pro quo uenerant,
remisit eos ad propria. Post tres autem
dies suam innouauere conscriptio-
nem, eo quod ultra priores prolixo elo-
quio confecta uideretur. In qua de substa-
quidem dei nullam fecere memoriam,
eos autem qui dicunt ex non existentibus